


Triga Observationum Sacrarvm De Nomine Messiæ: Josedek. Jerem. XXIII. 6.

Gryphiswaldiæ: Literis Hier. Joh. Struckii, [1745?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn871975106>


Druck Freier  Zugang





397
G. a. B.
48. 6. 8.

Fa-1092 (8.)



25.
Q. D. B. V.

TRIGA
OBSERVATIONUM
SACRARVM

DE NOMINE MESSIÆ: JOSEDEK.

JEREM. XXIII. 6.

QUAM

CONSENSU FACULTATIS THEOLOGICÆ,

SUB

PRÆSIDIO

JAC. HENR. BALTHASARIS,

S. THEOL. D. ET PROF. ORD. CONSIST. REGII ASSESS.

ET AD ÆDEM S. JACOBI PASTORIS,

IN ACADEMIA GRYPHICA

ANNO MDCCXLV DIE AUGUSTI

PUBLICICE DEFENDET

HENR. HYLLEEN, ABOA-FENNUS.

S. S. THEOL. STUDIOSUS.

GRYPHISWALDIÆ

LITERIS HIER. JOH. STRUCKII, REG. ACAD. TYPOGR.

UNIVERSITÄT
DE NOMINE
CONSISTENS FACULTAS
IN ACADEMIA
HABERET



Q. D. B. V.
 T R I G A
 OBSERVATIONUM SACRARUM
 DE
 NOMINE MESSIÆ: ΙΩΣΕΔΕΚ.
 JEREM. XXIII. 6.

P R Æ F A T I O.

Quas die 28. Maji, cum magistratu academico abirem, publica oratione exposui observationes de nomine *Messiae*: ΙΩΣΕΔΕΚ, in Græca LXX. interpretum versione *Jer. XXIII. 6.* obvio, illas nunc quidem præfente disputatione in lucem emitttere & solemni disquisitioni subjicere placet. Hoc ut rite fiat, ante omnia ipsa Græcorum verba præmittenda sunt, quæ in exemplis, ad *Codicem Vaticanum* impressis, ita fluunt, *vers. 5. & 6.* Ἰδὲ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ ἀναστήσω τῷ δαβὶδ ἀνατολήν δικαίαν, καὶ βασιλεύσει βασιλεύς, καὶ συνήσει, καὶ ποιήσει κρίμα καὶ δικαιοσύνην ἐπὶ τῆς γῆς. ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς σωθήσεται Ἰσραὴλ, καὶ Ἰσραὴλ κατασκηνώσει πεποιθῶς. καὶ τὸ ὄνομα αὐτῆς, ὃ καλέσει αὐτὸν Κύριος, Ἰωσεδέκ. *Ecce, veniunt dies, inquit Dominus, ubi excitabo Davidi germen justum, & regnabit rex, & prudenter aget, & faciet judicium & justitiam in terra. In diebus ejus servabitur Juda, & Israel habitabit secure. Et hoc est*

A 2 nomen

2
30
31

nomen ejus, quo vocabit eum Dominus, JOSEDEK. Hic κύριος a sequente ἰωσεδεκ commatis interpunctione distinguitur ad auctorem nominis illius indicandum, qui ex Græcorum sententia ipse Dominus. Non vero Ebræum יהוה, quod in textu originali habetur & cum צדק cohæret, nomine κύριος videntur exprimere voluisse, quia nominis יהוה indicium in ipso nomine ἰωσεδεκ exhibent, quo itaque יהוה צדקנו conjungunt. Ideoque κύριος apud Græcos nominativum modo supplere videtur, qui in textu Ebræo non expressus. Illo tamen supplemento prorsus non indigemus. Verba enim: καλέσει αὐτόν, commode de quocunque vocante, vel passively intelligi possunt: *vocabitur ille*, vel germanice impersonaliter: *man wird ihn nennen*, ut a LUTHERO factum. Conf. GLASSII *Philol. S. de Verbo, can. 23*. Et hoc de illis observandum est Codicibus græcis, in quibus κύριος præcedente interpunctione ab antecedentibus distinguitur, & cum nomine ἰωσεδεκ cohæret. Qua ratione integrum Messiae nomen foret: κύριος ἰωσεδεκ. Sic legitur in editione *Francofurtensi A. 1597. in fol.* de qua JAC. le LONG consulendus in *Bibliotheca sacra, P. I. p. m. 420*. His præmissis, ipsas observationes nostras de nomine ἰωσεδεκ exponemus. Illarum prior docebit, esse hoc Messiae nomen. Altera illius originem & significationem grammaticam explicabit. Ultima denique referet, quo sensu de Messia prædicetur.

OBSERVATIO I.

I. Ut intelligamus, *Josedek* esse nomen Messiae: observandum primo est, sobolem, Davidi h. l. promissam, esse Messiam, & deinde, de eodem prædicari quoque nomen *Josedek*.

II. Prius negant Judæi quidam & Judaizantes, ut GROTIUS, *Zorobabelem* substituentes, vel quosvis Davidis posteros pios justosque. Vid. CALVINUS ad h. l. *To. IV. Oper. P. II. fol. 143*. Sed, saniores hic ipsi sunt Judæi antiquiores & celebriores, *Chaldeus*, D. KIMCHI, ABENESRA, RASCHI, ABARBANEL, BEN MELECH, pluresque alii, quorum testimonia cum aliis rationi-

❁ V. ❁

tionibus, ex textu desumptis, videas apud CALOVIVM in *Bibliis illustr.* JOH. MÜLLERUM in *Judaismo*, p. 785. HACKSPANIVM *Not. Philol. in Scr. P. II.* p. 764. THILONEM in *Medulla Theologiae V. T. h. l.*

III. Posterior iterum negat GROTIUS, verba: יהוה צדקנו de populo Israelitico prædicari statuens, hoc nomine, tanquam memoriali, appellando: *Deus est justitia nostra, Deus benefecit nobis*, ad beneficia divina agnoscenda & prædicanda. Quemadmodum altare *Exod. XVII. 15.* dicatur יהוה נסי & *Genes. XXXIII. 20.* אלהי ישראל. Alius locus *Gen. XXII. 14.* יהוה יראה, & *Jerusalem Ezech. XLVIII. 35.* יהוה שמה. Nec dissentiunt Sociniani in *Catechismo Racoviensi*, quæst. 118. Rationis loco urgent, quod *Fer. XXXIII. 16.* Jerusalem dicatur יהוה צדקנו. Sed hoc plane incertum est, quia deficit nomen שמו, & זה commode de ipso germine Davidis, Jerusalem vocaturo, intelligi potest: *Hic, (Messias) qui vocabit illam, scil. ad regnum Dei, est Jehova, justitia nostra.*

IV. Inter Judæos sunt, qui nomen יהוה צדקנו de Deo accipiunt, Messiam vocante, pronomen אשר in casu nominativo vertentes ejusque genere masculino: *Et hoc est nomen ejus, qui vocabit illum, Messiam: Jehova justitia nostra*, apud GALATINUM in *Arcanis cathol. verit. Lib. III. cap. 9.* & HACKSPANIVM *l. c. p. 766.* Alia mens fuit LXX. interpretum, quorum articulus ὁ ante καλέσει non respicit proxime antecedens: αὐτῶ, sed remotius: τὸ ὄνομα, collata GLASSII *Philol. S. de Pronom. can. 10.* Et, si אשר de vocante hic accipere fas esset: commodius suffixum in שמו ad Messiam vocantem, alterumque in יקראו ad Israelem referri posset, hoc sensu: *Et hoc est nomen ejus, qui vocabit illum: Jehova justitia nostra.* Qua ratione conveniret cum *Fer. XXXIII. 16.*

V. Ab antecedentibus ex parte abit ABARBANEL, tam in *Comm.* quam in משמיע ישועה editionis latinæ, a J. H. MAJO curatæ, pag. 231. 232. יהוה צדקנו iterum quidem de Deo appellante accipiens, sed ipsum Messiaë nomen ex antecedentibus

repetens, ubi *germen justum* dicitur, quo itaque nomine Deus illum fit appellaturus. Huic interpretationi obstant accentus. Illa enim admiffa, in voce יְהוָה major requireretur accentus distinctivus, quam in יְהוֹה. Præterea ex tota ABARBANELIS oratione apparet, ejus interpretationem ex mero ingenii abusu, nec sine multo labore, ad malam tantum causam ornandam confictam esse, ne Messiam Jehovam agnoscere cogeretur, quod nomen soli Deo proprium esse fatetur.

VI. Sunt etiam, qui nomina יהוה צדקנו a se invicem separantes, prius ad Deum vocantem, solumque posterius ad Messiam referunt. De Judæis hoc commemorant ABARBANEL *l. c.* Jo. MÜLLERUS *l. c. p. 575.* & WEIMARUS in *Ufu accentuationis biblicæ*, p. 137. 138. qui ex Christianis quoque KOHLHANSIUM addit, Judæos hic imitantem. Sed illos iterum vel sola refellit accentuum consecutio, docente WEIMARO, ne dicam, quod, stante illa opinione, Deus ipse Messiam vocaturus esset suam justitiam, quod absolum. Meliora hic viderunt LXX. interpretes, יהוה צדקנו in *Josedek* conjungentes. Quod etiam a SYMMACHO factum, licet vertat: κύριε, δικαιοσύνην ἡμῶν, quasi esset: יהוה צדקנו *Domine, justifica nos.*

VII. Saniores sunt, qui, יהוה צדקנו & *Josedek* Messiae nomen esse, concedunt, ex Judæis pariter & Christianis plerique, Chaldaeus, ABENESRA, D. KIMCHI, BENMELECH aliique apud HACKSPANIUM *l. c. p. 767.* RAYMUNDUM MARTINI in *Pugione fidei*, & Jos. de VOISIN in *Observ. p. 82. 178. 423. 495. 655. 772.* & CALOVIVM. Creditu etiam facilius est, nomen *germinis Davidis* recenseri, de quo tota oratio agit, quam Dei vocantis, vel Israelis vocandi. Eandemque fuisse LXX. interpretum sententiam, nulla adest dubitandi ratio.

VIII. Sed, *Judæi & Sociniani* negant, Messiam hoc sensu dici *Jehovam justitiam nostram*, quod ipse sit Jehova & justitia nostra. Putant, hoc nomen tribui Messiae, nudo homini, instar memorialis tantum, vel integræ propositionis, vel inscriptionis, qua significetur, tempore Messiae justitiam a Deo expectandam esse

esse Israelitis. (†) Quemadmodum *Exod. XVII. 15.* altare non fuit Mosis vexillum, nec *Genes. XXXIII. 20.* Deus fortis & Deus Israelis, nec locus *Gen. XXII. 14.* Deus providens, vel Jerusalem ipsa Jehova *Ezech. XLVIII. 35.* Sed nominibus, vel propositionibus illis, tanquam inscriptionibus, tantum fuit indicatum, quod ipse Deus fuerit Mosis vexillum, quod Deus fortis fuerit Deus Israelis, idemque in alio loco singularem suam providentiam demonstraverit & Hierosolymis habitet. Quemadmodum Rubenitæ & Gaditæ *Jos. XXII. 34.* altare, a se constructum, vocarunt, *quod testis sit inter illos ceterosque Israelitas, solum Jehovam esse Deum, religiose colendum.* Qua ratione etiam in nominibus hominum: *Quod vult Deus, Gottlieb, Gottlob, Gottfried, Ebre Gott, Gottbils,* non ipsi homines pro Diis habentur: sed integra propositione, tanquam memoriali, tantum declaratur, quid Deo debeant & ab illo petere atque expectare possint hujusmodi nominibus insigniti. Ita mentem suam explicant Sociniani in *Catechismo Racoviensi, quæst. 118.* Illo tempore, cum Christus appariturus esset, *Jehovam, unum Deum, nos justificaturum, idemque in Israele facturum.* Hoc ipsum videas apud RASCHIUM & ABARBANELEM, qui hoc sensu quoque explicat *Chaldæum.* Paria habent D. KIMCHI & BEN MELECH: *Vocabunt sic Messiam, quia in diebus ejus justitia Dei nobis erit stabilis semper, & nunquam recedet.* Speciem veritatis hæc haberent, nisi aliunde constaret, aram, vel urbem, & quamcunque creaturam aliam, nunquam absolute & sine addito dici Jehova, contra vero Messiam sæpissime hoc nomine insigniri absolute, *Gen. XVI. 13. coll. 7. 9. 10. Exod. III. 2. 4. 6. sq. Num. XXI. 5. 6. coll. 1 Cor. X. 9. Jes. VI. 1. coll. Job. XII. 41. Exod. XIII. 21. coll. XIV. 19.* Nihil ergo obstat, quominus hoc loco nomen יהוה cum addito צדקנו Messiaë, germini justo, vindicemus sic, ut ipse sit Jehova justitia nostra, cum additum hoc

(†) Et quidem officio Messiaë mediatorio, ut in *Libro Ikkarim* dicitur *Lib. II. cap. 8. Scriptura nomen Messiaë vocat: Jehova justitia nostra, quia est mediator Dei, per quem justitiam consequimur a Deo, ideoque vocat eum nomine Dei.*

hoc non fit alienans, ut in homine *picto*, sed maxime augens, ut in homine *vero*.

IX. Ex manifesta itaque textus cohærentia simplicique verborum constructione & antiquitatis consensu nobis certum est atque indubitatum, *Josedek* esse nomen Messiaë, germinis illius justi, quod Davidi h. l. promissum, eundemque sic dici, quod ipse revera fit *Jehova justitia nostra*.

X. Non tamen sensus est, quod Messias hoc nomine, tanquam proprio, ab hominibus sit appellandus. Sed phrasis Ebræa per idiotismum linguæ sanctæ indicat, Messiam fore Jehovam justitiam nostram, idemque de illo confessuros esse homines. Vid. GLASSIUS in *Philol. S. p. 790. 1383*.

XI. De Jesu nostro Nazareno hoc factum esse, vel ex *1 Cor. I. 30. Rom. X. 9. 10.* patet. Quæ Judæi hic excipiunt, a Jo. MÜLLERO refutantur in *Judaismo*, p. 540. & ab HACKSPANIO in *Notis Philol. Theol. P. 2. p. 769. sqq.*

OBSERVATIO II.

I. Altera observatio explicabit nominis hujus *originem & significationem grammaticam*. Cumque ex antecedentibus jam apparet, *Josedek* respondere nomini יהוה צדקנו: non dubito, quin omnes facile intelligant, originem ejus in lingua Ebræa quærendam esse.

II. Nimirum, compositum esse dicimus ex צדק (cujus primæ literæ apud Græcos respondet σ, ut in μελχισηδεν) primaque syllaba nominis יהוה, quam Græci efferunt ιω, ut יהו per ια in ιαδασ. Confirmat hanc sententiam, quod alibi quoque in Græca LXX. interpretum versione ιωσηδεν occurrat, nomen Pontificis Judaici, pro יהו צדק *1 Chron. V. 40. 41. Hagg. I. 1. 12.* & יהו צדק contracto, *Esr. III. 2. 8. V. 2. Neh. XII. 26.*

III. Compositionem ex nomine יהוה & צדק admittit ipse DRUSIUS ad h. l. scribens: *Senes hic habent ιωσηδεν, quod compositum ex ιω & nomine Sedek. Ιω i. יהוה nomen tetragrammaton.* Negat quidem, puncta, hodie in Codice Ebræo nomini

יהוה

❧ IX. ❧

יהוה subscripta, esse genuina. Et, certum est, inquit in *Diss. de nomine tetragrammato*, Cap. XI. si habuit aliquando proprios apices, tamen eos nunquam adscriptos fuisse. Unde varie lectum ab antiquis. Nam & יאָו (Jaho) invenitur in eorum libris, --- aut legendum יאָוֹ. Favo Ebraice יהוה, Kametz per o expressa, ut in אָוֹר, אָוֹר, אָוֹר, lecho, & aliis nonnullis exemplis. Id mutuo sumtum ex dialecto Syriaca: Nobis tamen hac vice sufficit, quod concedat, ω in *Josedek* esse ex nomine יהוה, licet contractum esse statuatur ex יאָו, nomenque יהוה pronuntiare nolit *Jehova*, sed in ejus locum substituat *Adonai*, principem fere locum inter *Adonistas* obtinens, quem etiam HADR. RELANDUS in *Decade Exercitatt. de Vera pronuntiatione nominis Jehova*, *Traj. ad Rhen. A. 1707. in 8. edita*, primo loco collocavit.

IV. Porro sententiam nostram probat SIXTINUS ab AMAMA, licet & ipse *Adonista*, in *Volumine Relandino p. 248.* inquiens: *Fer. XXIII. 6. etiam reperitur יאָוֹסֵדֵק. Quae ipsa vox mihi manum injicit, ut confitear, praedicta illa nomina (Jehonathan, Jehoschaphath, Jehoram) ex tetragrammato primam accepisse syllabam. Respondet quippe ea duabus Ebraicis יהוה צדקנו. Sed, quid haec omnia lectioni magis Jehova, quam alteri illi, יאָו, cujus Graeci Theologi in horum nominum etymologia meminerunt, patrocinantur? Ex Fao enim non inusitata crasi fit Jo. Sed urgebis illud Jeho, indeque per crasin dices existere Jo. Ego contra pertendo, verisimilius esse, ut ex יאָו ω, ac ex hoc rursus per epenthesin literæ ה natum sit יהו, cujus epentheseos manifesta habes exempla in יהוֹשִׁיעַ salvabit, pro יהוֹשִׁיעַ Ps. CXVI. 6. יהוֹרָה pro יהוֹרָה Neh. XI. 17. Jehoseph pro Joseph, Ps. LXXXI. 6. & aliis. Huic ergo lectioni Fao tam patrocinatur illa compositio, quam isti controversæ Jehova. Iterum fatetur, in יאָוֹסֵדֵק primam syllabam ω esse ex יהוה. Negat vero, inde sequi, Graecos primam illius syllabam pronuntiasse יהו, eique respondere Graecorum ω, eo quod ω possit esse contractum ex יאָו, & ex ω rursus יהו per epenthesin literæ ה. Sed, ex graeco formare Ebraeum, plane incongruum est. Præterea in*

B
Ebrao

Ebræo hæc epenthesis *Sixtiniana*, vel, stylo *Danziano* in *Instit. Grammat. §. 41. III. obs. 2. lit. β*) utriusque characteris, infinitivi & futuri, conservatio more Chaldæorum, usitata non est nisi in verbis *Pejod* & in futuro Conjug. Hiphil. Unde nomen יהוסף pro יוסף esse potest ex יוסף. Fortassis etiam in Hophal. Unde יהודה pro יודה ex ירה. Et semel a verbo perfecto מהקצעות pro מקצעות *Ezech. XLVI. 22.* Non ergo huc referri possunt יהושפט, יהושפט, יהורם pluraque alia, a *JOH. SIMONE* adducta in *Onomastico V. T. p. 512.* quæ, fatente ipso *SIXTINO*, primam Syllabam acceperunt ex tetragrammato. In illis itaque ה non est epentheticum, vel characteristicum, sed radicale primæ syllabæ יהו ex יהוה. Cumque illi in dictis nominibus apud Græcos respondet ω: nulla adest dubitandi ratio, quin hac Syllaba ω exprimere voluerint primam nominis יהוה, adeoque nomen illud pronuntiaverint Jehova. Inde porro pronò alveo fluit, in nostro quoque nomine ωσσεδα primam syllabam ω respondere primæ nominis יהוה, quæ vero de ω, ex ωω contracto, obijciuntur, dubia atque incerta esse.

V. Sed, admissa licet hac compositione, ulterius tamen quaeritur, num pro *concreto*, an vero pro *abstracto* habendum sit nomen צדק? Nonnullos cum *Vulgata* prius probasse, *Messiam Dominum nostrum justum* vocari statuentes, *DRUSIUS* refert, addens, *non esse hoc spernendum, cum צדק longum & ככר & ככר gravem significet.* Inter assertores hujus sententiæ ipse quoque *MELANCHTON* referri potest, in primis *Locis Theologicis*, anno 1521. editis, plag. G. 2. vertens: *Et hoc est nomen, quod vocabunt eum: Deus justus noster*, consentiente *SPALATINO* in versione Germanica: *Und das wird sein Name seyn, damit sie ihn nennen werden: Unser gerechter Gott.* Eodem fere modo *LUTHERUS A.* 1526. reddidit: *Herr unser Gerechter, Tom. VI. Oper. Halens. pag. 1368. 1374. 1392. 1398.* quamvis etiam abstractivè vertat: *unsere Gerechtigkeit*, & concretum non solum ratione personæ, sed etiam ratione officii de Christo dici asserat, qui *nobis* sit justus, sua justitia, nobis imputata, nos justificans. Verum, צדק nunquam concretivè *justum*, sed semper abstractivè *justitiam* denotat.

❁ XI. ❁

denotat. Quare etiam LXX. interpretes græci ubivis vel *δικαιοσύνην* vertunt, vel: τὸ δίκαιον, quod *justum est*. Maneat itaque nobis ratum certumque, Messiam nomine *ιωσεδεκ* dici *Domini- num, qui est justitia nostra*.

OBSERVATIO III.

I. Jam vero ultimo loco quæritur, quo sensu sic dicatur, vel, qua ratione Christus sit nostra justitia? Quid Judæi, quid Sociniani statuunt, jam ante vidimus Obs. I. Ex mente Pontificiorum Christus est nostra justitia, quatenus pro nobis satisfecit & nos inhæsi-ve justos efficit. Vel, ubi imputationis vocabulum adhibent, dicunt, Christi justitiam sic nobis imputari, ut illius merito & efficacia in nobis efficiatur justitia inhærens. Vid. BELLARMINUS *Tom. IV. Controv. de Justif. Lib. II. cap. 10.* BECANUS in *Manuali controvers. Lib. I. cap. 16. p. 412.* Sed, missis extraneis, domestica tantum tractabimus, ex nostræ ecclesiæ Pomeranicæ libro normali, *Corpore doctrinæ*, aliquid commemoraturi.

II. In illo nempe *fol. 142. b.* ubi Deitas Christi asseritur, verba Jeremiæ sic vertuntur: Unde Jeremias spricht, sein Name werde Gott seyn, der uns gerecht machet. Diese Werke sind allein der göttlichen allmächtigen Majestät. Videtur hic Christus dici *justitia nostra* tanquam causa efficiens justificationis principalis, quæ instar judicis nos justos pronuntiet & a peccatis absolvat. Suntque hæc a MELANCHTONE profecta, in cujus *Locis Theol.* extant. Nondum vero exhauriunt sensum nominis *ιωσεδεκ*. Ergo observari oportet, quid MELANCHTONEM ad hanc interpretationem permoverit, & num illam solam approbaverit.

III. Nimirum, jam A. 1525. ANDR. OSIANDER, Theologus Norimbergensis, errorem fovebat de justificatione coram Deo per divinam Christi naturam ejusque essentialem & divinam justitiam, in nobis habitantem & nos justos facientem inhæsi-ve, quæ tanquam justitia nostra nobis imputetur per fidem. Atque hunc suum errorem inter alia hoc nomine Messia, cum *Jehova*,
B 2
justitia

justitia nostra dicitur, palliare studebat, ipsam Messiae personam ejusque naturam divinam, Jehova, divina atque essentiali sua justitia in nobis habitantem nosque inhæsiue justos facientem coram Deo, justitiam nostram formaliter esse, inde elicere contendens, eamque interpretationem ut A. 1530. ipsi *Augustanæ Confessioni* infereret MELANCHTON, cupiens vehementer.

IV. Qua arte hoc obtinere studuerit, ipse refert in der *Beweisung*, daß er über 30. Jahr einerley Lehre geführet, *plag. B. 3.* Im Jahr 1530. auf dem Reichstag zu Augsburg, da auch die Confession, die man die Augsburgische nennet, endlich gemacht, und Kayserlicher Majestät von den Sächsischen und ihren Mitverwandten überantwortet ist worden, sahe und hörte ich schier täglich PHILIPPI MELANCHTONIS Kleinmüthigkeit und zerstreute Gedanken, mit denen er schwerlich angefochten und betrübet war. Darum auch D. MARTINUS, der heilige Mann, verursacht allerley Schrift an ihn zu thun, wie sie auch zum Theil im Truck sind. So hatte ich auch zuvor etliche Jahr her aus seinen Schriften vermercket, daß er vom Artikel der Rechtfertigung etwa nicht so lauter und klar ging, als D. Luther, seliger Gedächtniß. Gedachte derhalben, wie ich ihm doch eine kleine Hülff möcht thun, daß er ermannet, ein fein rein und licht Bekänntniß von unser Rechtfertigung thäte, dadurch etliche unnütze und verwirrte Gezäncke zwischen uns und den Papiſten möchten aufgehoben, oder je etwas gemildert werden. Und nam für mich den schönen Spruch *Jerem. 23. und 33.* Das ist der Name, damit man ihn (den Herrn Jesum) nennen wird: GOTT unser Gerechtigkeit; und brachte denselbigen aufs allerglimpflichst und unverdächtigst auf die Bahn, gleich als geschähe es an als gefehr, (denn ich hatte vorhin oft erfahren, wie ungerne sich etliche lehren ließen, wenn sie merckten, daß man sie lehren wolte) tröstete mich und andere mit gedachten Spruch, daß wir uns bey unser Lehre nicht solten fürchten, dieweil die H. Schrift auf unser Seite stünde &c. Sonderlich dieser schöne Spruch. Denn da stünde der grosse eigene Name Gottes יהוה, der keiner Creatur könnte zugelegt werden, sondern allein der göttlichen Natur, oder göttlichem Wesen, das da ist Vater, Sohn und H. Geist, wie das beide bey Jüden und Christen unwie

❁ XIII. ❁

unwidersprechlich. Und würde von ihm gesaget, daß er unsere Gerechtigkeit wäre. Dieweil aber Christus wahrer Gott und יהוה wäre, auch durch den Glauben in uns wohnet, so wäre Christus selbst nach seiner Göttlichen Natur unsere Gerechtigkeit. Denn das wäre auch gewiß und unwidersprechlich, daß in der Ebräischen Bibel nicht stünde, Gott יהוה unser Gerechter, wie es in der alten Lateinischen Bibel stehet. Sondern, es stünde: יהוה unsere Gerechtigkeit, wie es denn Paulus 1 Cor. I. auch also dargegeben hat, da er spricht, Christus sey uns worden zur Weisheit von Gott, zur Gerechtigkeit und zur Heiligung &c. Das that ich aber darum, daß ich hoffete, wenn dieses grosse Licht, das D. Luther schon angezündet hätte, auf dem Reichstag öffentlich herfürbräche und den Papiſten unter die Augen leuchtete: es solte das Gezänck vom Sola und de fide formata aufhören. Denn, wenn sie verstanden hätten, daß wir nicht den blossen Glauben allein, als eine Tugend, sondern Christum selbst, der durch den Glauben ergriffen wird, und in uns wohnet, für unser Gerechtigkeit hielten: so hätten sie auch wol verstanden, daß, wenn wir sprechen, der Glaub allein macht gerecht, daß wir mit dem Wörtlein, allein, nichts anders ausschließen, denn die Werke. Und nicht unbillig. Denn die Werke des Gesetzes rechtfertigen nicht. Gal. 2. Die recht guten Werke aber geschehen erst, wenn wir schon gerechtfertiget sind. Sie hätten auch ihr Aristotelisch Gezänck, de fide formata, wol müssen fallen lassen, wenn sie verstanden hätten, daß unser Glaube Christum selbst in sich hätte. Das waren dazumal meine Gedanken. Als mich aber Philippus gehöret, fragte er, ob man auch solchen Verstand des Propheten Jeremia nach der Grammatica und rechter Art der Sprach bey Christen und Juden möcht erhalten. Da sagte ich: Ja. Da sprach er bald darauf: Lieber, deß möcht ich gerne gewiß seyn. Da sagte ich: Wolan, so nehmet euch einen gelegenen Tag für, so wollen wir zu Doctor URBANO REGIO gehen, (der war dazumal Prediger in Augsburg) der hat eine Ebräische und Chaldäische Bibel mit den Commentariis, da wollen wirs fein sehen. Bald darnach auf einen gelegenen Tag kam Philippus selb ander, oder selb dritt, so führte ich BRENTIUM auch mit, zu Doctor URBANO REGIO, nahmen die Bibel

für uns, und half mir Doctor URBAN fleißig, und zeigten *Philippo* und den andern, erstlich, daß die Jüden bekennen, daß *Jeremias* da von Christo rede. Denn, da im *Jeremia* stehet: Ich will dem *David* aufrichten ein gerechtes Zweig, da hat die Chaldäische Bibel, der kein Jude widersprechen darf, diese Wort: Ich will dem *David* aufrichten Christum den Gerechten, und der Commentator, oder Ausleger, spricht: das gerechte Zweig, das ist Christus. Dar nach zeigten wir, daß in den Worten: Gott unsre Gerechtigkeit, stehet der grosse eigene Name Gottes יהוה, der keiner Creatur kan zugeleget werden. Denn er heist, oder deutet nichts anders, denn Gott, göttliche Natur, oder das göttliche Wesen. Darum auch die Chaldäische Bibel hat: uns wird wiederfahren Gerechtigkeit, die Göttliche Natur ist, (*) in seinen Tagen. Und der Ausleger spricht: Darum, daß uns in seinen Tagen aufgerichtet wird die Gerechtigkeit Gottes, und wird nicht von uns genommen. Ferner zeigten wir an, daß das Wörtlein: *Zidekenu*, nach der Grammatica und rechter Art der Sprachen nicht könne heissen: unser Gerechter, sondern: unsere Gerechtigkeit. Und beweisetens mit viel Exempeln, zudem daß die Chaldäische Bibel und der Ausleger, wie gehöret, auch mitstimmeten, und es *Paulus* selbst *1 Cor. I.* nicht anders hätte verstanden und dargeben. Und, als wir solches vollendet hatten, stellet sich *Philippus* ganz frölich, und sprach: Nun

woft
 (*) Ita nempe: die göttliche Natur ist, vertit *OSIANDER* verba Chaldæa: י צדקו י, ut scilicet errorem suum insereret. Sed contra mentem interpretis. Nam verba Chaldæa nihil aliud significant, quam: a Deo. Vid. *BUXTORFFII Lexicon Chald. Talm. Rabb. voc. צדקו*. In tota quoque actione illa *OSIANDER* hoc tantum declaravit aperte, quod divina aliqua persona sit nostra justitia. Id quod cæteri Theologi facile admittere poterant. Ipsum vero errorem suum, quod justitia nostra sit divinæ hujus personæ natura divina ejusque justitia essentialis, in nobis habitans & nos justos faciens inhæsiue nobisque imputanda per fidem, illum, inquam, non protulit aperte, sed per insidias quasi animis Theologorum insinuare ipsique Augustanæ Confessioni inserere voluit.

❁ XV. ❁

wolt ich warlich nicht viel Geldes dafür nehmen, ich wußt es denn. Aus dieser Handlung, die *Brentius* und *Philippus* angehöret, und sich ihrer zu erinnern wissen als ehrliche Leute, zweifle ich nicht, daß sie auch zu zeugen wissen werden. Daraus ja offenbar ist, daß nicht allein ich, sondern auch *D. Urbanus Regius*, gegläubet und gelehret haben, wie ichs noch glaube und lehre, daß unser Herr *Jesus Christus*, wahrer Gott und Mensch aus dem Stamm *David*, unsere Gerechtigkeit sey nach seiner göttlichen Natur. = = = Und zwar, daß dieser Name יהוה der göttlichen Natur allein zugehöre, ist *Philippus* in seinem Gewissen überwunden. Denn er beweiset in *Locis communibus* eben mit diesem Spruch: man wird ihn nennen יהוה unsere Gerechtigkeit, daß *Christus* muß wahrer Gott seyn, darum, daß man ihn יהוה nennet. So folget je eben so starck, daß unsere Gerechtigkeit auch muß Gott selbst seyn. Denn יהוה ist unsre Gerechtigkeit. Über wenig Tage nach dieser Handlung ward ich von *Mugsburg* wieder abgefodert gen *Nürnberg*, ehe denn die *Confessio* gemacht, und *Kayserl. Majestät* überantwortet wurde. Und wenn das nicht geschehen wäre, hätte ich vielleicht mit Gottes Hülfe und ander *Theologen* Beystand verursacht, daß der *Artickel* von der *Rechtfertigung* etwas reichlicher und klärer wäre gesetzt worden.

V. Verum, MELANCHTON, rectoria é sacris literis edoctus, non solum non admittit OSIANDRI somnia; sed, ut tanto quoque fortius errori illi repagulum objiceret, in *Locis suis mediis*, statim post exhibitam Augustanam confessionem *Wittebergæ* publicis prælectionibus recitatis, annoque 1535. idiomate latino editis, sequentem protulit interpretationem: *Et hoc est nomen, quod vocabunt eum: Dominus justificator noster. Hic tribuit Christo & nomen Dei proprium, & nomen justificatoris. Ergo tribuit gloriam Dei, quæ non competit nisi Deo.* Idem *JUSTUS JONAS* in versione germanica 1535 expressit hoc modo: Und man wird ihn nennen: der Herr, der uns gerecht machet. Ipse quoque MELANCHTON, quamvis A. 1542. in *Locis germanicis* dixisset: Man wird ihn nennen: der Herr, der un'er Gerechtigkeit ist. Da redet der *Prophet* vom *Reich Christi*, und giebt ihm den herrlichen Gottes Namen, welcher im *Ebräischn* allein dem ewigen

ewigen Gott zugeeignet wird: priorem tamen explicationem de Jehova, *justificatore* nostro, retinuit in *Locis* latinis ultimis, A. 1543. editis, et postea *Corpori doctrinae Saxonico* insertis.

VI. Male hoc habuit OSIANDRUM. Qui itaque, cum A. 1550. Regiomonti errorem suum publica disputatione divulgaret denovo, MELANCHTONIS interpretationem verbis improbavit frequentibus: Daher sind wir mit einer wesentlichen Gerechtigkeit gerecht, wie geschrieben ist: Man wird ihn nennen יהוה, der unser Gerechtigkeit ist. Dann יהוה, wie es daselbst im Ebraischen stehet, ist Gottes unaussprechlicher Name, den man keiner Creatur zulegen kan, und heist das einige göttliche Wesen der drey Personen, des Vaters, Sohnes und Heiligen Geistes, mit Anzeigung, daß der Sohn solt Mensch werden. Derhalben verfälschen die die Heilige Schrift fährlich, die da wollen, man solle alda lesen: יהוה der unser Rechtfertiger ist. Und das wieder die offenbahre Eigenschaft der Heiligen Sprache, welche auch die Juden selbst nicht verneinen dürfen. Ipsi quoque Theologi Prussici, licet OSIANDRI adversarii, fatebantur A. 1551. verba Jeremiae accuratius verti: *Dominus justitia*, quam: *Dominus justificator noster*, apud SALIGIUM in *Hist. August. Confess. P. II. p. 936.* Et MELANCHTON A. 1552. in responsione ad Confessionem OSIANDRI von dem einigen Mittler Jesu Christo und Rechtfertigung des Glaubens, Regiomonti Ao. 1551. emissam, scripsit: Der schöne Spruch Jerem. 23. redet vom ganzen Herrn Christo und von der ganzen Wolthat, da er spricht: Ich wil David ein gerecht Gewächs erwecken ic. Und das wird sein Name seyn, daß man ihn nennen wird: *Jehova* unser Gerechtigkeit. Er sagt von einer Person, die vom Geblüt Davids herkommet, und ist zugleich wahrhaftiger Gott. Diese Person, spricht er, ist unser Gerechtigkeit. Quæ cum gaudio excepit OSIANDER, A. 1552. in der Wiederlegung der ungegründeten undienstlichen Antwort P. MELANCHTONIS respondens pl. O. Gott sey gelobet, daß dieses nun ein schöner Spruch worden ist, und daß man bekennet, daß die Person Christi unsre Gerechtigkeit ist. Vor 22 Jahren, da ich ihn dem PHILIPPO auf dem Reichstag zu Augsburg erkläret, wie ich neulich in meiner Beweisung

❁ XVII. ❁

sung angezeigt habe, da blieb er verschwiegen, und konnte diese hohe Wahrheit nicht in die Augsburgerische Confession kommen. Wäre sie aber hineinkommen, und dabey angezeigt worden, daß Christus durch den Glauben in uns wohnet und würcket das wollen und das thun in uns: zweifle ich gar nicht, die Confession hätte ein ander Ansehen gewonnen. Es muß aber nicht allein unterbleiben: sondern PHILIPPUS hat sich hernach unterstanden diesem Spruch seine Kraft zu nehmen. Und, dieweil unmöglich war, daß er das Wort יהוה, oder Herr, solte anders, denn auf das Göttliche Wesen deuten: dannam er das andere Wort für sich, nemlich: unser Gerechtigkeits, verkehrte dasselbige, und machet daraus: unser Rechtfertiger, wie man in seinen *Locis* mag sehen. Darnach folget weiter, daß zwey Teutsche Bibeln zu Wittenberg und zu Leipzig gedruckt wurden, darinn dieser Spruch auch verkehret ist, und für: unsere Gerechtigkeits, unser Rechtfertiger gesetzt worden. Aber Doctor Luther hat ihn bald hernach wieder zurecht bracht. Wolan, die Wahrheit bricht herfür wie ein zeitiges Kind, es sey allen meinen Widersachern lieb, oder leid. PHILIPPUS muß bekennen, er thue es gleich gerne, oder nicht, daß des Propheten Meinung sey, daß die Person unser Gerechtigkeits sey. Daraus folget unwidersprechlich, daß kein Werck dieser Person unser Gerechtigkeits seyn kann. Viel gewaltiger folget aus dem, da der Prophet spricht, der Herr, יהוה, sey unser Gerechtigkeits. Denn es ist unsern Glauben und der Heiligen Schrift unleidlich, daß man ein Werck solte יהוה, das ist Herr und Gott, nennen.

VII. Nihilo tamen minus MELANCHTON veterem suam explicationem, in *Locis* latinis traditam, in germanicis quoque ultimis, anno 1553. editis, & *Corpori doctrinae Saxonico germanico* A. 1560. insertis, retinuit. Quo factum, ut in nostro quoque *Corpore Doctrinae Pomeranico* compareat. Certe, quæ OSIANDER urgebat, nullius profus erant momenti, nec itaque MELANCHTONEM ad illius errorem amplectendum permovere poterant. Jeremias enim nihil aliud dicit, quam, divinam personam esse nostram justitiam. Hoc nemo negat, qui Christum pro vero Deo habet. Sed hoc quaeritur: annon hæc divina

C

persona

persona, præter divinam naturam, habeat quoque humanam. Et hoc disertis verbis affirmat Jeremias, ipseque concedit OSIANDER. Quæritur porro: An divina illa persona tantum qua divinam suam naturam sit nostra justitia, quatenus illa ejusque divina & essentialis justitia in nobis habitat, inhæsiue nos justos faciens & per fidem nobis imputanda? An vero ut *ἁγία θεωσις*, ex divina & humana natura constans, sit justitia nostra, quatenus illius perfecta obedientia & satisfactio gratiosa Dei æstimatione credentibus imputatur ad remissionem peccatorum? Prius non asserit Jeremias, nec itaque illius verbis ab OSIANDRO probari poterat, vel debebat. Posterius vero in sacris literis satis fundatum est, & vel ex sola Christi satisfactione fluit, quæ nullo modo nobis prodesset ad salutem, nisi a Deo nobis imputaretur.

VIII. Cæterum vero, MELANCHTONEM alteram illam versionem, qua *Josedek* redditur: *Dominus justitia nostra*, non simpliciter improbasse, sed ipsam quoque admisisse, ex dictis jam patet. Atque illam indoli linguæ Ebrææ convenientissimam esse, merito statuimus.

IX. Est vero Christus *justitia nostra* non solum ut causa efficiens principalis, justificans nos & instar judicis a peccatis absolvens. Hoc enim sensu ipse quoque Pater & Spiritus Sanctus nostra forent justitia. Nec tantum ut causa meritoria, justificationem sua obedientia promerens: sed etiam formaliter, ut per ipsum nos simus justii coram Deo formaliter. Hoc enim proprie vult abstractum *צדקה*.

X. Non tamen, quod OSIANDER volebat, quatenus divina illius natura & essentialis ejus justitia in nobis habitat, justos nos efficiens inhæsiue & per fidem nobis imputanda. Hujusmodi enim inhabitatio iterum omnibus S. Trinitatis personis est communis, & justificationem sequitur. Sed, quatenus Christi *ἁγία θεωσις* obedientia, fide apprehensa, illud ipsum est, quod nobis tanquam nostra justitia gratiosa æstimatione a Deo imputatur, & cujus intuitu justii sumus ac reputamur a Deo. Rom. V, 19. Job. XVI. 8. 10.

XI. Atque

XIX.

XI. Atque hoc ipsum sine dubio jam A. 1552. indicare vo-
 luerunt Pomerani in der Antwort auf die *Confession* A. OSIAN-
 DRI, wie der Mensch gerecht wird durch den Glauben an den
 Herrn Christum, durch D. JOHANNEM KNIPSTROVIUM, *Super-*
attendenten in Pommern. Witteb. in 4. dictum Jeremiae ipsum-
 que nomen *Josedek* hoc modo explicantes, *plag. G. 2.* Jeremias
 spricht: Er heist *Jehova*, unsre Gerechtigkeit. Darauf ist auch
 eine klare, kurze Antwort, daß Jeremias im ganzen Text beide Na-
 turen ausdrücklich genennet hat. Denn zuvor nennet er Messiam ein
 Gewächs David. Da redet er von Menschlicher Natur. Und hernach
 nennet er ihn *Jehova*. Dieser Messias, Gott und Mensch, ist
 unsere Gerechtigkeit. Sie wird alles gefasset, daß wir durch diesen
 Messiam haben Vergebung der Sünden, Gnade, Heiligung und
 ewiges Leben. Und spricht derselbige Text zuvor, dieses Gewächs
 David werde Gericht und Gerechtigkeit auf Erden anrichten.
 Warum ziehet denn *Osiander* das Wort: Gerechtigkeit, allein auf
 göttliche Natur? Nimirum, refellunt objectionem OSIANDRI
 ex nomine Messiae יהוה, quod Christus tantum ratione divinae
 suae naturae & essentiali ac divina sua justitia, in nobis habitante,
 sit nostra justitia, & dicunt, Christum non tantum esse Jeho-
 vam, sed etiam germen Davidis, ideoque *Давидовъ*. Eun-
 demque esse justitiam nostram, quatenus *per illum* habemus
 remissionem peccatorum, gratiam, sanctificationem & vitam
 æternam. Quo sensu etiam Messias iudicium & justitiam in
 terra dicatur operaturus. Cæterum, quod justitia nostra sit
 Christi satisfactio & obedientia, & quod justificatio fiat per
 imputationem obedientiae Christi, disertis verbis asserunt, cum
pl. D. 3. scribunt: Daraus folget denn unläugbar und unwieder-
 sprechlich, daß das Opfer, der Fluch, das Creuz, das Blut, das Lei-
 den und der Tod Christi, unsere Gerechtigkeit sey, die vor Gott gilt.
 Et *plag. E. 2.* Weiter, dieweil wir mit dem Knechte *Matth. 18.* und
 mit den zween Schuldigern *Lucæ 7.* unsere Schuld nicht bezahlen
 können: werden sie uns vergeben und nicht zugerechnet, weil Christus
 für uns bezahlt und genug gethan hatte. Damit wird die Sünde
 weggethan und die Handschrift ausgelöschet, *Col. 2.* Auch wird uns

C 2 daneben

2
30
31

daneben von Gott die Gerechtigkeit Christi, das ist, sein ganzer Gehorsam und Verdienst, zugerechnet. Und werden also mit seiner Unschuld und Gerechtigkeit bedeckt und bekleidet, und für gerecht, das ist, lieb und angenehm, (geschätzt) wie er ist. Und das ist, daß uns Gott nicht ums Glaubens willen, sondern um seines Sohnes willen, den wir mit dem Glauben fassen, für fromm und gerecht achtet, schätzt und hält, so wir doch kein Werk, oder Verdienst, für Gott bringen. Denn er rechtfertiget die Gottlosen, und vergiebt ihnen die Sünde aus Gnaden. Et antea in Præfatione ad Ducem Pomeraniæ, plag. A. 4. Zum dritten, die Gerechtigkeit, die vor GOTT gilt, ist Vergebung der Sünde und Zurechnung der Gerechtigkeit Christi ic.

XII. Quo animo hanc Pomeranorum responsionem exceperit OSIANDER, docet ejus scriptum, A. 1552. sub Tit. Schmeckbier, adversariis oppositum. In illo namque omnem fere bilem suam evomuit in KNIPSTROVIUM. Inde in ipso statim limine illius partis, quæ contra KNIPSTROVIUM directa est, inquit: Keinen unverschämtern Esel habe ich noch unter allen meinen Widersachern gefunden, denn diesen *Knipstro*. Rationem vero non adfert aliam, nisi, quod KNIPSTROVIUS communem confessionem, a se conscriptam, suo nomine ediderit, & tamen dedicationi, Pomeraniæ Duci inscriptæ, *Rektoris, Superattendentis omniumque Professorum Gryphiswaldensium & Pastorum Pomeraniæ*, nomen in fine subscripserit. Quasi pro crimine haberi debeat, si quis communis confessionis se profiteatur auctorem, simulque illos nominet, quorum autoritate & consensu conscripta est. Deinde, KNIPSTROVIUM errasse, scribit, usu voculæ: durch, cum sibi persuaserit, wodurch wir gerecht werden, dasselbe sey auch die Gerechtigkeit, cum tamen particula illa medium tantum, vel causam meritoriam significet. Proinde, licet passionē & morte Christi justificemur, illas tamen non esse justitiam nostram, sed hanc solum promeruisse. Ipsam vero justitiam esse Jehovam. Verum enim vero, vocabulum germ. durch, hac in causa æque commode imputationis materiam & formam justificationis exprimere potest, ac causam illius meritoriam.

❁ XXI. ❁

toriam. Et recte dicitur: Durch Christi Leiden, Tod und Gehorsam sind wir vor Gott formaliter gerecht, quando illa a Deo nobis gratiose imputantur & pro nostra justitia reputantur. Quemadmodum recte dicimus: Durch viel Geld ist man reich, wenn man dasselbe besizet. Deinde, causa meritoria & formalis justificationis, nec non imputationis materia, in justificatione nullo modo divelli possunt. Sed, quæ est causa meritoria justificationis, eadem quoque imputari nobis debet ad justitiam, quia meritum & satisfactio Christi tum demum ad justificationem prodesse possunt, cum a Deo nobis imputantur, & ex gratiosa Dei imputatione nostra sunt justitia. Et hoc volunt Pomerani, cum in responsione sua *pl. D. 2.* inquit: Warum reisset *Osiander* die Erlösung von der Gerechtigkeit, so doch Paulus spricht: Wir werden gerecht durch die Erlösung, so durch Christum geschehen ist? Dieweil denn die Erlösung ist eine Ursach, dadurch wir gerechtfertiget werden, und die Erlösung geschieht durch den Tod: so muß ja der Tod und das Blut Christi, dadurch die ewige Erlösung erfunden ist, unsere Gerechtigkeit und Versöhnung für Gott seyn.

XIII. Reliqua, ab *OSIANDRO* regeſta, continent querelas de ſententia ſua a *KNIPSTROVIO* male expoſita, variisque ſibi imputatis erroribus, quos nunquam docuerit. Cujusmodi cenſuram ſcripti *Knipſtroviani* legere etiam licet in *SALIGII Hiſt. Aug. Conf. P. II. p. 1000.* & *J. G. WALCHII Introd. ad controverſias Lutheran. domeſticas, P. IV. p. 159.* Hæc vero omnia hic prolixius examinare non patitur loci anguſtia.

XIV. *SALIGIUS l. c.* inquit: Ja, ſie (Pomerani) giengen mit *OSIANDERN* ſo unchriſtlich um, daß ſie ſchreiben durften, er lehrete: Wir würden durch den Tod Christi vor Gott nicht gerecht, weil Christi Tod vor 1500 Jahren geſchehen. Alſo wären wir gerecht geweſt, ehe wir geböhren, und wären nicht Kinder des Jorns geböhren. Derhalben ſey es ſpöttlich alſo zu reden. Ich erſchrecke, wenn ich dieſes leſe, (da *OSIANDER* gerade das Gegentheil behauptet) wie ganze Synoden und Univerſitäten einem

einem die Worte im Munde umkehren konnten. Wenn man nur Osianders Schriften nicht noch alle hätte und selbst lesen könnte: so müßte man glauben, OSIANDER wäre der allerärgste Ketzer unter der Sonnen, und der grössste Feind des Creuzes Christi gewesen. Ego vero plane non video, quid hic peccaverint Pomerani. Hanc enim ipsam fuisse OSIANDRI doctrinam, disertis verbis ex illius *Confessione* ipse retulit SALIGIUS, p. 97. & plenius in *Confessione* legitur pl. T. 2. verbis sequentibus: Also macht uns auch der Gehorsam Christi, da er im Werk gehorsam ist, noch nicht gerecht, wir wären sonst, die wir ihu leben, 1500 Jahr zuvor gerecht gewest, ehe denn wir sind geböhren. Das wäre aber spöttlich zu hören, dieweil wir alle in Sünden geböhren, von Natur Kinder des Zorns sind. Nudam obedientiam Christi, ante 1500 annos præstitam, absque applicatione fidei & absque gratiosa imputatione, adeoque ante nativitatem, ordinarie neminem justificare, facile consentiebant ipsi OSIANDRI adversarii. Sed OSIANDER verbis adductis obedientiam Christi inepta quadam argumentatione a materia & forma justificationis penitus excludebat, ejus loco substituens divinam Christi naturam illiusque essentialiam justitiam, in nobis habitantem nobisque imputandam. Et hoc tanquam falsum & erroneum in illo Pomerani notabant merito. Nescio itaque, qua ratione a temeritatis nota hic absolvi possit SALIGIUS.

XV. Idem tamen pergit l. c. Wie es denn auch unverantwortlich ist, wenn sie Osiandern die Lehre beymessen, Christi Blut sey nichts anders, als seine Gottheit. Et consentit celeberrimus Dn. WALCHIUS l. c. de Pomeranorum scripto inquires: In welchem Bedencken OSIANDRO verschiedenes ohne Grund beygelegt worden, als wenn er lehre: Christi Blut sey nichts anders, denn seine Gottheit. Ubinam hanc sententiam OSIANDRO tribuerint Pomerani, hactenus in illorum responso, licet semel iterumque perlecto, nondum observavi. Sed, in *prefatione ad Principem OSIANDRI* hypotheses referentes, pl. A. 3. tribuunt illi sequentia: Zum vierten, die Menschheit Christi könne nicht unsere Gerechtigkeit seyn, sonst wäre es eine creatürliche Gerechtigkeit, die nicht ewig

XXIII.

ewig wäre. Darum, wo man liest in der Schrift: Des Weibes Saamen soll der Schlangen das Haupt zutreten, und der Saamen Abrahâ soll alle Völker segnen, und mein Fleisch ist die rechte Speise, und mein Blut ist der rechte Tranck, und Christi Blut wäschet uns von Sünden; da soll dieses alles von der Gottheit Christi verstanden werden. Denn es ist Irthum, daß man sagt, das vergossene Blut Christi wäschet von Sünden und rechtfertiget. Atqui non differentiat hæc ab iis, quæ in OSIANDRI Confessione leguntur pl. U. Eben so gröblich irren etliche, da Paulus zum Römern am 5. spricht: Gott preiset seine Liebe gegen uns, daß Christus für uns gestorben ist, da wir noch Sünder waren. So werden wir je vielmehr durch ihn behalten werden für den Zorn, nachdem wir igo durch sein Blut gerecht worden sind. Denn daraus wollen sie schließen, daß das Blut Christi unsere Gerechtigkeit sey. Aber es folget gar nicht. Denn man kan auch wol sagen, der ist Doctor worden durchs Geld. Es folget aber nicht, daß darum das Geld die Doctorey sey. Wir müsten sonst bekennen, daß, die das Geld empfangen, die hätten auch die Doctorey, und, der das Geld hätte ausgegeben, der hätte keine Doctorey, sondern nur einen leeren Beutel. Also spricht auch Paulus recht: Wir sind durchs Blut Christi gerecht worden. Es folget aber darum auch keines weges, daß das Blut die Gerechtigkeit sey, als wenig das Geld die Doctorey ist. Sondern, wie man die Doctorey um Geld erkaufet; also hat uns Christus die Gerechtigkeit mit seinem Blut erkaufet. Und, wie Doctorey nicht Geld ist: also ist Gerechtigkeit nicht Blut, sondern die Göttliche Natur in Christo Jesu ist unsere Gerechtigkeit. Et pl. B b. Darum, wenn man spricht: Christus ist unsre Gerechtigkeit: so muß man verstehen seine Gottheit, die durch seine Menschheit in uns kommet. Wenn er spricht: Ich bin das Brod des Lebens: so muß man verstehen seine Gottheit, die durch seine Menschheit in uns kommet und unser Leben ist. Wenn er spricht: Mein Fleisch ist die rechte Speise, und mein Blut ist der rechte Tranck: so muß man verstehen, daß uns seine Gottheit, die im Fleisch und Blut ist, speise und träncke. Darum spricht er: Das Fleisch ist kein nütze. Verstehe, ohne die Gottheit. Die Worte,
die

2
30
31


die ich rede, sind Geist und Leben. Denn das innerliche Wort, das durch das äußerliche kommet, und Gott selbst ist, das ist unser Leben. Also auch, da Johannes spricht 1 Joh. 1. Das Blut Christi macht uns rein von aller Sünde: Da muß man auch verstehen die Gottheit Christi, die im Blut ist. Denn Johannes redet hie nicht vom Blut Christi, wie es am Kreuz vergossen ist, sondern, wie es im Glauben samt dem Fleisch Christi unsere himmlische Speise und Trancf ist. Nimirum, negabat OSIANDER, nos formaliter justos esse coram Deo per imputationem sanguinis Christi, eumque esse materiam imputationis in justificatione, non aliam admittens justitiam, quam divinam Christi naturam. Inde recte dicebant Pomerani, ex hypothese OSIANDR I sanguinem Christi mundare nos a peccatis tantum meritorie, non formaliter. Ideoque, cum de purificatione nostra, formaliter spectata, & de materia imputationis sermo est, hæc (Id volunt verba Pomeranorum: dieses alles, v. c. wäschet uns von Sünden) non de sanguine Christi ejusque imputatione, sed de sola ejus divina natura intelligenda esse.




Index.


1. Brunius Signe Urbis ibor in Religione Gottli bij dem Ersten Platz Adam 1.8.11.2.21
2. Schweinsberger de Prima Cultus Divini publici institutione. ad Gen. IV. 26.
3. Kiestling de Ecclesia Veterum campestri. ad Gen. IV. 26 & xxiv. 63.
* Bakrodt Vindicia dicti clausii tot. XV. 11.
4. Zicklerus ad Vaticinium Jacobaum Gen. xxix. 12. Multo nigrior oculos visio, *
5. Lampe de Urim & Tummim.
6. Schroederus de Urim & Tymmim ad Explic. varr. S. loc., imprimis Exod. xxviii. 30. xxxix.
8. seq. Lev. viii. 8. Nam. xxviii. 21. Deut. xxxiii. 8. I. Sam. xxviii. 6. xxx. 7. Hof. iii. 4. &c.
7. Meknerus de קדשיון הנושא את הברית Exod. xxviii. 38.
8. Plaffius in Legem Div. de Non appropinquando ad carne carnis suae, Lev. xviii. 6.
9. * Kiestling de Judais ad salutare Zelotypiam provocatis: ad Deut. xxxii. 21. coll. Rom. x. 19.
10. de Platen de Religione Gibeonitarum: ad Ios. ix. & II Sam. xi. xi. (5.-19.)
11. * Christfander de Vero Samuele post mortem sua cum Paule colloquente: ad I. Sam. xxviii.
12. Kiestling de Conspice Div. ob Achabi interitum instituto: ad I. Reg. xxii. 19. seqq.
13. — de Lactoniis Vatum sacrorum inspirationis div. testibus: ad 2 Reg. viii. 10. 11.
14. Biehler de Visione Eiphaz, Iob. iv. 12-21. non facta, sed vera, non diabolica, sed divina.
* Hebenstreit de Christo, quod, & quo sensu Veritas fit. (Progr. occaf. dicti I. Tom. iii. 16.)
15. * Schoettgenius de Messia Davidis utroque causas hominum perscrante: Iob. xvi. 20. 21.
16. Canzius ad Oraculum Ps. viii. 3.
17. Hellmann de Naturali Dei notitia eae adquisita: ad Ps. xi. 2-7.
18. Nichaelis de Votis a Christo redivero Deo Patri solvendis. Ps. xxii. 26. 27. 28.
19. Canzius de Peccatis coercitis, una cum propositionibus connexis. Ios. i. 16. 17. 18.
20. Nicolai de Virca Dei Judaica fatis quidem culta, sed admodum sterili Ios. v. 1.2.
+ Seidelius: An Facultas in uno consistere possit? (Progr.)
21. Oporinus de Oraculis Egiae Capp. xl. lv. plus quam Gaianis & Divinis
22. Bauer de Juramento non offendi Judicis fit omne genus flectendum Ex. xlvi. 23. coll. Rom. xiv. 10-12.
23. — de Genusflexione coram Christo Judice Ex. xlvi. 23. coll. Philipp. ii. 9-11.
24. * Zicklerus de Statu Ecclesia N. F. primitiva a Jeremia C. iii. 14. seqq. praedicto.
25. Balthazaris Triga Observationum fav. de Nomine Messia Josedek Jerem. xxiii. 6. *
26. * Bauer de Judais ET 1852. ob sejum crucifixum crucifixendis nec tamen ad ea convocandos: ad Hof. xi. 7.
+ Bauer de Canore accountum dispositivorum in analyticiis dispositionu tabulis observando.
27. Lange de Mirabili Fuga Prophete tona: ad Ios. i. 3. & II. iv. 2.


Nota. Quae huc signis distingui * + φ per errorem bibliopeci in hunc Tomum irreperunt.






W. 79. A5.





VII.

†) Quemadmodum *Exod. XVII. 15.* altare non illum, nec *Genes. XXXIII. 20.* Deus fortis & nec locus *Gen. XXII. 14.* Deus providens, vel *Jehova Ezech. XLVIII. 35.* Sed nominibus, quibus illis, tanquam inscriptionibus, tantum fuit quod ipse Deus fuerit Mosis vexillum, quod Deus Israelis, idemque in alio loco singularem suam demonstraverit & Hierosolymis habitet. Quem *enitæ & Gaditæ Jos. XXII. 34.* altare, a se concurrunt, *quod testis sit inter illos cæterosque Israevovam esse Deum, religiose colendum.* Qua ratione quibus hominum: *Quod vult Deus, Gottlieb, Gott-Ehregott, Gotthilf,* non ipsi homines pro Diis integra propositione, tanquam memoriali, tanquam, quid Deo debeant & ab illo petere atque ex hoc hujusmodi nominibus insigniti. Ita mentem Sociniani in *Catechismo Racoviensi, quæst. 118.* *um Christus appariturus esset, Jehovaham, unum significaturum, idemque in Israele facturum.* Hoc quod *RASCHIUM & ABARBANELEM,* qui hoc sensu *Chaldæum.* Paria habent *D. KIMCHI & BEN SABBATHUM sic Messiam, quia in diebus ejus justitia stabilis semper, & nunquam recedet.* Speciem habent, nisi aliunde constaret, aram, vel urbem, creaturam aliam, nunquam absolute & sine adjectione, contra vero Messiam sæpissime hoc nomine *Gen. XVI. 13. coll. 7. 9. 10. Exod. III. 2. 4. 6. sq. 1. coll. 1 Cor. X. 9. Jos. VI. 1. coll. Jos. XII. 41. coll. XIV. 19.* Nihil ergo obstat, quominus *יהוה* cum addito *צדקנו* Messiae, germini justo, ut ipse sit *Jehova justitia nostra, cum additum* hoc officio Messiae mediatorio, ut in *Libro Ikkarim* dicitur *8. Scriptura nomen Messiae vocat: Jehova justitia nostra, mediator Dei, per quem justitiam consequimur a Deo, ideoque nomine Dei.*



2
3
3